



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

52. Parabola Zizaniorum, seminis crescentis, & grani Sinapsis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 52. Parabola Zizaniorum seminis crescentis, grani Sinapis.  
Matth. 13. \* 52. Mar. 4. \* 51.

S. Mathæus.

**A**liam parabolam proposuit illis, dicens, Simile factum est regnum cælorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset; tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad coburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creverit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres celi veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus: donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in

S. Marcus.

**E**T dicebat Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semē germinet, & increscat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primū herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cū se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam ad-

S. Lucas.

S. Iohannes.

S. Mattheus.

parabolis ad turbas: & si-  
ne parabolis non loque-  
batur eis: vt impleretur  
quod dictū erat per pro-  
phetam dicentem, Ape-  
riā in parabolis os meū,  
eruētabo abscondita à cō-  
stitutione mundi. Tunc  
dimissis turbis venit in  
domum: & accesserunt  
ad eum discipuli eius, di-  
centes, E differe nobis pa-  
rabolā zizaniorum agri.  
Qui respondens ait illis,  
Qui seminat bonum se-  
men, est filius hominis.  
Ager autem: est mundus.  
Bonum verò semen: hi  
sunt filij regni. Zizania au-  
tem: filij sunt nequam.  
Inimicus autem qui semi-  
navit ea: est diabolus.  
Mensis verò, cōsummatio  
seculi est. Messores autē:  
angeli sunt. Sicut ergo  
colligūtur zizania, & igni  
cōburantur: sic erit in cō-  
summatione seculi. mit-  
tet filius hominis angelos  
suos, & colligēt de regno  
eius omnia scādala, & eos  
qui faciunt iniquitatem:  
& mittent eos in caminū  
ignis. Ibi erit fletus & stri-  
dor dentium. Tunc iusti  
fulgebunt sicut sol in re-  
gno patris eorum Qui ha-  
bet aures audiendi, au-  
diat. \* 53.

S. Marcus.

adeft messis. Et dice-  
bat, Cui assimilabimus  
regnum Dei? aut cui pa-  
rabolę comparabimus il-  
lud? Sicut granum sina-  
pis: quod cūm seminatū  
fuerit in terra, minus est  
omnibus seminibus quę  
sunt in terra? & cūm se-  
minatū fuerit, ascendit  
& fit maius omnibus ole-  
ribus, & facit ramos ma-  
gnos, ita vt possint sub  
vmbra eius aues cęli ha-  
bitare. Et talibus multis  
parabolis loquebatur  
eis verbum, prout pote-  
rant audire: sine parabo-  
la autem non loquebatur  
eis. seorsum autem, disci-  
pulis suis differebat om-  
nia. \* 30.

S. Lucas.

S. Iohannes.